IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 29r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Circumdabant me multi. s. ppli iudeorum dicti vituli qz
ignorato dei iugo inconsiderata procacitate lasciuiunt cont
me xpm cum gladijs et fustibus tauri pingues. s. principes
sacerdotum superbi et crassitudine malicie contra dominum
recalcitrantes obsederunt me ne possim eorum manus e-
uadere.

Aperuerunt sup me os suum quasi fere volentes me
deglutire / existentes contra me crudeles sicut leo rapiens
in comprehensione mea et sicut rugiens cum clamauerunt
crucifige crucifige eum.

Sicud aqua effusus est / sanguis meus ita viliter apte
et habundanter sicud aqua effunditur et dispersi sunt disci-
puli mei qui erant futuri firmamentum corporis mei .i. ecclesie qz
relicto me fugerunt.

Factum est cor meum horrore naturali terribilis passio-
nis imminentis sic cera resolutum in medio ventris mei .i.
in parte sensitiua

Aruit in passione virtus mea opinione iudeorum sicut
testa fragilis et inutilis ad aliquod notabile peragendum
que prius floruit multis miraculis et lingua mea adhesit
faucibus meis quia cum racionabiliter potuissem respondere
ad accusaciones / omnino tacui / non respondi eis verbum Ideo
etiam aruit quia ita vilem mortem me pati fecisti.

Describit ordinem passionis.

Primo captus fui Quoniam circumdederunt me iudei non 1°
ut homines sed ut canes rabidi / 2° illusus / consilium malignan- 2°
cium iudeorum. s. sacerdotum et seniorum obsedit me vndique
ad illudendum et ut me morti adiudicarent.

Tercio affixus cruci in qua Foderunt manus meas et pe- 3°
des meos grossis clauis affigentes ligno Quarto ita dure 4°
et crudeliter in ligno extensus ut ossa mea humanis oculis
~~numerabilia~~ viderentur Quinto despectus quasi purus homo 5°
numerabilia